














HIPPOCRATIS MEDENTIVM PRINCIPIS.

Libellus, de ſignificatione mortis & vitæ ſecũdũ curſum Lunæ & aſpectus Planetarũ, Gulideolo Mordico Interprete Priſco.

NVPER REPERTVS IN QVIbuſdam Latebris & ſcoliis ornatus, vtiliſſimis & lingua caſtigatiori eductus in lucem a Blondo Medico ad doctrinã illorũ qui non norũt Aſtronomiam medico valde neceſſariam.

Poſt hac ergo iudicent viri quid dicturi ſint in Hip. ignari aſtronomiæ medentes.

1548.




Cum priuilegio Decennali.
Apud Blondum ſub ſigno Apollinis

Index operis



CELLEBERRIMIS Philosophis, atq; Excellentiss. Medicis Venetis Michaelangelus blondus. Medicus, Beneagere.



RBITRAMVR, Viri Sapientissimi, singula studiorum nostrorum quæ edidimus, qualia sint, quibusve destinata, vel principibus, vel Philosophis, vobis notissima esse, Quæ tandem, non ob aliã causam confecimus, quam, vt rebus illis, quas honestissimas comparauimus, absque suffragio parentum, honorem consequeremur, quod, vos etiam iustum esse censetis, putamus, vos namq; uiros tum optimos, tũ eruditissimos nouimus, vos quoq; dignam gloriam consequi studetis, manifestum est nobis; verumtamen miramini fortastis, cum nostris lucubratiunculis, vestram non cellebrauerimus Excellentiam hactenus, postq̃ abhinc trienium ad uos Roma comigrauerimus; sed Parauinos doctores celleberrimos, & Parisienses Philosophos doctissimos potius coluimus, quod, equidem non fecimus, quo uos

opusculorum nostrorum dignissimos esse, non Putauimus; sed quoniam praestantius iudicaui mus, & honorem & gloriam uestram, hoc libel lo patris medentium, ut re praestantiori extollen dos, ideo uobis praestantissimis medicis, libellũ hunc Hippocratis, de significatione mortis & uitae secundum cursum lunae & aspectus plane tarum, a nobis recognitum & lucidiori sermo- ne insignitum & scoliis quibusdam ornatum destinauimus; uobis tandem sapientissimis cõ stat, oportere medentes Venetos, magis differre ab aliis medicis, quam uiros a pueris, & causam uobis notissimam esse credimus uerum, gratias agimus deo postquam tales uos esse uidemus, q̃les desideramus amicos uidere; Nullus enim locus est ex uniuerso, ut ita dixerim, in quo prae stantiores comperuimus medẽtes, nanq; omniũ oculos in uos modo hic quoque conuersos ui- demus; propterea putamus, quod absit, uobis sublatis medicinam perituram, tamen memen- tote uobis etiam Astronomiã esse necessariam, in cognoscendis & propellendis humanis affecti bus, cumq; libellus is talia contineat, ideo uobis illũ destinauimus, ut qualis sit nostra ergo uos beneuolentia comprehendatis.

Ex Tugurio Blondi.

HIPPOCRATES de significatione mortis & uitæ secundum motum lunæ, & aspectus planetarũ Gulideolo Mordico interprete Prisco.

Præfatio interpretis Cap. I



IPPOcrates optimus medētium dixit, cuiusmodi medicus est, qui ignorat Astronomiá, nemo debet se cōmittere manibus eius, qui non est perfectus medicus, noui tandem quod opus erat scire Astronomiam ideo inspexi libros Hippoc. & inueni libellum hũc paruulum sed optimum, quem qui bene nouerit efficietur magnus medicus, est enim valde necessarius medicis omnibus.

Luna est luminare minus domina mundi, hominis simillima ab initio suae productionis crescit enim et minuitur sicut homo.

De coniunctione & oppositione lunae in morbis & ualetudine Cap. 2



Ippocrates, aspice lunam quando est plena lumine, quia tũ crescit sanguis et medulla in omni homine & bestiis omnibus, idẽ fit in mari, & cunctis in rebus mundanis, cum ergo quis inciderit in morbum, tũ necessarium est videre, an luna, e, cõbustione exeat, tum nanq; crescit infirmitas, donec venerit ad oppositionis gradum. & cum erit in oppositione, uidendum erit an sit cum aliquo planetarum, uel in malo aspectu, & si aspexerit dominum domus martis, nam ex iis poteris scire, vtrum morietur vel uiuet, vel, si diuturnus erit morbus eius, vel non, nunc autem uideamus naturam oĩum signorum, uires etiam uel posse Lunae in eisdem.

Luna habet significationem in gnam in principio generatiõis hominis circa sanitatẽ & morbum

Luna in omnibus ptibus Arietis afficit præcipue caput namq; aries principium habet in capite.

De Luna in Ariete Cap. 3



Vm quis in morbum inciderit, Luna existente in Ariete, cum Marte aut Sole, tum morbus erit in capite ꝑpter Solis caloré, utiq; & grauis, febres etiam patitur æstuosas non intermittentes, in præcordiis quoq; torquetur, uix loquitur, quia thoracem occepit uehemens calor & pulmonem, quod & pulsus uehemés ostédit. Necessarium est ergo ut huic secetur uena cordis, utq; uescatur frigido alimento & potu & compescentibus calorem, ut morbus is nõ uertatur in phrenesim, at si cum Luna fuerit Mars siue Saturnus, ex hoc morbo morietur æger infra diem septimũ a die quo Luna fuerit cum Sole per quartũ aspectum, & hoc intelligitur Luna crescente, si uero Luna erit in Ariete in

Actus curatiuus.

Iuditium vel pronosticon Luna crescente.

fortunata aspexeritq; eam ex quarto uel ex oppositione Saturnus, morbus is erit in capite, & perducet eum ad alienationem mentis & faciet in sani re uariando incrementum & decremẽ tum, eritq; morbidus per similis illi qui uiderẽ non potest. Si uero Astro nomiam ignoras hæc non poteris sci re, neque cognoscere eius morbum.

Necessariã medico Astronomiam esse.

Quod si fuerit Luna in diminutione graduum uel luminis, cum reuertetur ad primum aspectum Saturni uideli cet, cum dimiserit eum & per alium aspectum illũ aspexerit, morbus muta bitur in bonum uel in malum, namq; si aspexerit aliud infortunium morie tur ille, Si autem erit oppositum eua det, Sed cũ Luna dimiserit aspectus hos de quibus diximus, morbũ scias recessurum, tamen dum Luna non in uenerit Iouem aut Venerem per ali quem aspectum priusquã uenerit Lu na ad coniunctionem Solis morbus non recedet, sed stabit donec Luna ue nerit in aspectum uel ad oppositionẽ Solis, quod si dictos etiam non inue nerit Luna sed Mercurius occurrerit il li morietur æger. At si Mars in uenerit

De mutatione morbi in luminis diminutione et gradibus Lunæ.

Iuditium & salutis & obitus luna decrescente.

Iuditium de perseueratione & recessu morbi in defectu luminis lunæ.

eam

eam sanabitur dum morbum produxerit pituita, & quãdo languidus primo sentit morbum, dum luna addit suo lumini & gradibus & Mars & Sol fuerit in Ariete, morbus erit in capite, & ab scessus ex pituita orietur, profluetq; illi sanguis e naribus, oportet itaq; illũ vti frigidis temperatis, indigetq; medicina qua destruitur abscessus, cum vero Luna fuerit cum Mercurio loco solis, euadet infirmus, prius autem erit in magno discrimine, quoniam Mercurius concors fit cum Marte, in eodem negotio, Mars autem non facit, sicut cũ Saturno, moritur æger cum Saturnus fuerit in loco solis, q; si fuerit cũ Luna Iupiter ibidem vel Mercurius aut venus varius eius erit morbus, quando autem lunam aspexerit Mars vel Saturnus, aliquo aspectu, opus est ægro leni medicina et mediocri dieta, demũ sedeat qñq; & iaceat ille in luminoso loco, vt a longe clarum aerem possit videre, vtatur & balneo, bibatq; aquam frigidam, cum necessarium fuerit, & regas illum vt tibi videtur salubrius esse.

morbi ex pituita in dinũ Luna crescente. methodus curandi

Hæc maxime vobis seruanda medentes nã et pater medicum omnise ua uit, vt scriptis test[illegible].

Luna in omnibus partibus, Tauri est regina magni regni, estq; vitiosa.

De Luna in Tauro Cap. 4



VANDO autem quispiam incidit in morbum Luna existente, in Tauro atq; eam aspexerit Mars ex opposito vel aspectu quarto, morbus eius productus erit ex sanguine, is tandem sentit immensum calorem & siti torquetur, & queritur per noctem nec potest dormire, & potum apetit vini, est ergo necessarium illi secare venam et exibere pharmacum quod refrigeret eum & humectet, sin fuerit in signo Saturnus cum luna aut venus addens, & non inuenerit fortunam, morietur infra nouem dies, a die quo inciditin langorem, quod si Luna addet suo lumini & gradibus, tum demum, atq; eam mars aspexerit, ex oppositione vel quarto aspectu, & Luna venerit ad Saturnum & erit Mercurius ecum

preceptum curandi

occasio mortis

morbus ex frigidis ſuccis erit, vel æger totus frigidus, & deſtructus erit, ideo uix loquitur & pauca profert, habet & uentriculum durum ſeu crudũ adeo, ut excoquere non ualeat alimentum, ſed interius ardet, propterea is eget ſoluenti medicamine, quoniã morbus is magis particeps eſt bilisquam pituitæ, aſpicies etiam lunam quando uenerit ad locum oppoſitũ illius in quo fuerat a primordio morbi, quoniam cum fuerit ibi, magni periculi & laboris erit ægro, is ergo morietur, ſi Luna non inuenerit aliquam fortunam, in eodem ſigno, quod ſi inuenerit fortunã, euadet uſq; ad dies octo. Quum uero quiſpiam inciderit in morbum Luna peragrante Taurum, & Mars & Sol erit in eodem ſigno, noctu langor erit in Thorace, arebit & lingua, ut cõbuſta, flagrabit ore atq; oculis, et egerẽs per aluum, balbutiet, & febris eius cauſa erit ſanguis, ſcitiet q; uehementer, indiget tandẽ ſectione uene & medicina ſoluenti, potus ergo ſit frigidus, caueatq; a calentibus, aduertes autem quando Luna fuerit in trino aſpectu cum ſole, ſi morbus decreuerit, uiuet,

Cauſa morbi frigidi & ſigna

fienda

Oraculum laboris.

Inditium Thoracis aff. ex curſu Lunæ in Thauro

Curandi preceptum

& valetudinis & occubitus ſigna, & qñ.

ille, ſin creuerit occumbet quando Luna erit in oppoſitione ſolis, quod ſi inuenerit Venerem uel Iouem, non occidet.

Luna in omnibus partibus Geminorum eſt miſera malorum ideo morborum cauſa & diuturnorum,

De luna in Geminis Cap. 5.



I quis inciderit in egritudiné, Luna exiſtente in Geminis & aſpexerit eam Mars ſiue Saturnus, ex quadraro uel oppoſitione egritudo ex amisſione ſomni erit, uel ex aliquo mærore, uel ex plurimis cogitationibus ſuper aliquo negatio, ideo uniuerſo dolebit corpore, & hæc durabit egritudo, ad minus tribus ſeptenis diebus, habet autem alius textus per decem decies dies, poſtmodum incidet in calorem, is ẽt dũ re-

cubat noctu extensiones patitur & do
lorem dextri hippocondrii vel regionis
iocinoris, & si Luna non fuerit cũ aliq̃
ex fortunis morietur ille spatio dierũ
triginta, cum uero luna erit in geminis
addẽs suo lumini & gradibus & Mars
aspexerit eam ex quarto aspectu uel
ex oppositione, ægritudo hæc proue
niet ex bili rubra, febriet q; cum uehe
mentia pulsus, ita q; sanguis est minuẽ
dus illi, & frigidis alendus est æduli
bus, quod si fuerit Saturnus in hoc aspe
ctu & cum luna nulla fuerit fortuna ui
tam perdet ille, quando Luna ueniet ad
oppositum illius loci in quo erat, cũ in
cidit in ægritudinem, ꝗdum aliqua for
tuna aspexerit eum recipiet valetudi
nẽ, & si magno in periculo occubitus
erit, si Luna tantum fuerit in Geminis,
morbus erit in capite tum cauendum
est a sectione uenarum, neq; ei offeren
da sunt frigida uel humida, sed offeran
tur temperata, aduertes etiam cum Lu
na fuerit in oppositione Solis, si qua
ex fortunis adderit, uiuet ille, alioquin
morietur, si uero Luna erit in Geminis
& aspexerit eam fortuna bono aspectu
uiuet ille, uel ægritudo mutabitur in

Inditium occubitus et spatium temporis.

Inditium morbi ex rubra bile.

preceptũ curandi

valetudinis predictio atq; occubitus

Quando cauendum est a sectione venarum

effectus bonę fortunę in geminis

alium morbum, sin autem fortuna di miserit eam, neq; inuenerit aliam, donec Luna uenerit ad oppositum loci in quo fuerat a principio, medicus nō potest cognoscere, languidi qui nam sit morbus, si tum euadet, cū luna erit in predicta oppositione, si uero luna fuerit in Geminis, una cū Sole & marte, hæc erit accutissima ægritudo, lacrimabit ei oculus, perueniet q; in phrenesim, et æger ipse de se ipso tū maxime ueretur. nam apparent ante oculos illi diuersa fantasmata, eiusq; pulsus erit ualde profundus, adeo, ut fere non inuenietur, & capite dolebit, tum ergo uena non est seccanda illi, & alendus erit leni cibo & potu, & stratus iaceat in loco temperato, Respicies etiam cum luna fuerit in quarto aspectu illius loci in quo fuerat a primordio morbi quoniam tum morbus mouetur, sed quando luna fuerit cum sole & Marte, & aspexerit eam fortuna bono aspectu, & Luna erit addens lumini & gradibus euadet, cū luna venerit ad quartum aspectum in quo ab exordio morbi fuerat, nec offeres medicam potionem illi sed precipies vti leni cibo & balneo, et

Impedimētū de morbus discernatur a medico.

Causa accutiss. ęgritudinis.

Cū fugiendū sit ab incisione venarum.

Inditia valetudinis ex aspectibus, & qn̄.

in loco altiori sedere.

In omnibus partibus cancri Luna est regi na magnæ altitudinis, & potestatis.

De Luna in Cancro Cap. 6.



VNA si fuerit in Cancro cum aliqs inciderit in morbum, & eam Saturnus aspeserit quarto aspectu uel oppositione, morbus is ex frigidis succis erit productus, uel ex balneo exeunti, uel de loco humido, is nullum odorē sentit, laborat pectore & tussit difficilē habēs anhelitum & pulsum admodum compressum, queritur de afectibus uentriculi, iliorum & rhenum, eget ergo medicina lenienti pectus & tussim expugnanti, si uero Saturnus non fuerit cum Luna uel eam non aspexerit aliqua fortuna donec uenerit ad quartum aspectū illius loci in quo fuerat q̄ndo īcidit in morbum, is mori debet circa diem decimum, quod si Lunam aspexerit for

Morbi frigidi causa & signa ex aspectu Saturni

Inditium periclitationis.

Ex aspectu Martis morbi signum.

tuná uiuet ille cum difficultate & labore, similiter Luna si fuerit in Cancro & eã Mars aspexerit aspectu quarto uel opposito, uomitum patietur æger uel dolorem uentriculi, is tandem indiget frigenti medicamine et uentriculũ reficienti, quod si Lunam aspexerit aliqua fortuna in eodem loco, occũbet priusquam ueniet Luna ad quartũ uel ad alium aspectum. Sin autem Luna existẽs in Cancro cursu esset uacua, morbus is productus esset ex potu nimio, eiusq; turgent uenæ & distenduntur, noctu valde tristatur, cupitq; erectus sedere in altiori loco, deiicit operimenta, desiderat & sermones quosdam, & quoq; frigida tangere. Cum autem luna venerit ad oppositum Cancri euadet ille, At si inuenerit Martem vel solem morbus vertetur ad maiorem caliditatem, pulsus eius non mutatur quinimo ex crescentias ostendit, perseuerat tandem morbus dum luna fuerit, vt diximus, in loco quarti aspectus vel ad oppositum venerit aspectum, is tandem noctu timet vt quid horrendum videret propterea & vociferat multũ laboriose, Et q̃ndo

Precipiti occasus testimonium

Neq̃ est Luna cursu vacua in Cancro.

ausa hor endarum octium.

venier

venerit ad alium aspectum sanatur, at si inuenerit ibi fortunã mutatur morbus in aliam ægritudinem & conualescit quando Luna reuertitur ad locum in quo erat cum infirmus cœpit ebescere, dum ibi non inuenerit fortunam morietur ille, quod si fortuna aspexerit eam bono aspectu uertetur ad pristinam salutem. Cum Luna fuerit in Cancro Saturnus & Mercurius secum erit, morbus triduanus erit ex frigido succo sed viuet ille. Si uero Luna erit in Cancro cum Saturno Marte & Venere morbus ex sanguine prouenient vel ex coitu plurimo, is tandẽ in strato circũuertitur & debilis efficitnr ideo uenter eius non est soluendus sed studendnm est edulibus reuocãtibus virtutem, vt carnibus pullorum & uitulorum testibusq; gallorum & ouis sorbilibus, a frigidis vero fugiendum est, & cum Luna recesserit ex signo illo veneritq; ad oppositionem, & non inuenerit aliquẽ planetarum, uerendum est, quod si inuenerit fortunam cito restituetur sanitati, quam si non inuenerit morbus crescet & moritur. Cum Luna fue-

mortis causa & vitæ

Causa frigidi langoris

Cũ peccatũ ex sanguine, vel a cubitu earũq; inditia

Quando verendum est, vel non

rit in Cancro cum Saturno Marte & Mercurio, tum morbus productus erit ex nimio studio legẽdi uel scribẽdi, est que in causa melancolia, itaque utendum est medicina bilem atram educenti, Quando autẽ Luna egressa erit de loco illo & inuenerit fortunã restituetur saluti, cum Luna uenerit ad quartum aspectum illius fortunæ quod si inuenerit aliquod infortuniũ mori debet, quãdo Luna erit in quarto aspectu illius fortunæ, si uero inuenerit aliquem planetarum euadet cũ Luna venerit ad oppositum loci in quo fuerat sed si fortunam inuenerit, morbus fiet magis diuturnus vel extendetur ad tempus donec redierit ad locum in quo fuerat a principio morbi, & restituetur saluti. at si Luna inuenerit infortunium per malũ aspectum cum tendit ad oppositionem, demens efficitur languidus, si vero fortunam inuenerit mutabit morbũ in aliam ægritudinem, tamen restituetur saluti.

morbi, indicia ex studio ꝑducti.

Fortuna semp laudanda infortunium vero damnandum

Causa dementiæ & permutatiõis morbi

Luna in omnibus partibus Leonis nobilis est tamen a genere non estimatur.

De Luna in leone Cap. 7



Cvm Luna erit in Leone & Saturnus aspexerit eã ex quadrato vel oppositione morbus erit propter lienem, dolebit capite, & vomitum patietur, is tandem descendet prope occasum & febris eius erit intensissima langor vero erit magis internus quam externus cum defectu lubricitatis uentris, quod si Luna nullam aspexerit fortunam occidet ille cum peruenerit Luna ad quartum aspectum Leonis. At si forte fortuna aspexerit eam salutem recipiet cum venerit ad quartũ aspectum, si vero Luna fuerit in Leone & Mars eam aspexerit ex aspectu quarto vel oppositione, morbus erit ex vbertate sanguinis, is uehementer calefiet & corripietur duabus febribus, utatur ergo frigidis & sicis tũ poculentis tum esculentis Si luna fortunam aspexerit bono aspectu magnam post defatigationem melius, quod si non aspexerit fortunam deterius erit, quare si fortu nam non aspe-

Ex aspectu Saturni melancolicus producitur morbus

Et mortis & vitæ signa ex aspectibus

signa aspectuũ morbi ex sanguine

xerit nostro modo, quando uenerit ad oppositionem loci in quo fuerat morbi in principio, per stabit morbus, si vero prius aspexerit fortunam, morietur, quam venerit luna ad quartum aspectum, luna etiam existens in leone Marsque eam prospexerit vel sol quarto aspectu ardẽter visceribus ardet pectoris & capite dolebit, huic tandem necessario uena seccanda erit dum nõ fuerit luna in signo quod impedit seccionem, sin autem fuerit, morãdum erit donec luna uenerit ad medietatem sui luminis, & ilines pedes languentis linimento quod tollit frigiditatem, si mars uel sol, fuerit cum luna, in eodem signo morbus procedet ex dolore cordis, quando vero luna venerit ad quartum aspectum illius loci in quo fuerat a primordio valde timendum erit ægro, cum autem luna caruerit dictis aspectibus & inuenerit Iouem in itinere, aut venerẽ, priusquam venerit ad quartum aspectum, tum balneandum suadeo, vel in frigido loco standum, si vero luna Saturnum inuenerit morbus is vertetetur ad vesicam, sed sanabitur cum

Signum diuturnitatis morbi atq; obitus.

Quando vena seccãda est necessario

Signum geminorũ impedit sectionem venæ.

Signum morbi ex corde

Cum balneis vtẽdũ sit.

peruenerit luna ad locũ in quo fuerat, quando luna inuenerit solẽ aut Martẽ & fuerit cum ea Saturnus vel Mercurius, veniet ad extrema ut diximus ex dolore cordis, & erit longeuus morbus, & timendũ erit, ne imphtisin uertatur, utendum erit rebus temperatis infrigiditate, neq; debet iacere in loco lucido, & erit respiciendum quando Luna uenerit ad quartum aspectũ loci illius in quo erat cum incidit in morbum, nam si morbus creuerit, erit diuturnus & morietur, sin minuitur erit idem cum uenerit ad oppositionem, quod si Luna inuenerit infortunium, uiuet ille donec luna peregerit cursum ad locum usq; in quo fuerat, cum æger incidit in morbum.

occasio mortis in diuturno morbo

Luna in omnibus partibus virginis tristis est.

De Luna in Virgine Cap. 8.



Vm fuerit luna in Virgine et Saturnus inuenerit eã ex quarto aspectu, uel eam prospexerit ex oppositione, quia tum inciderit in langorẽ,

uentriculi dolorem patietur & uentris & intestinorum, coniestumq; erit illi apostema ex pituita alba, is quandoque patietur & colorem, erit illi pulsus debilis, eius uero morbum nemo potest cognoscere, nisi fuerit astronomus, utatur is, rebus temperatis, indiget curatione abscesus, morbus is tandem longeuus futurus est, sin autem luna aspexerit fortunã euadet sed post multos dies, quod si infortuniũ inspexerit occumbet die quarto, cum luna fuerit in uirgine, eamq; mars respexerit vel Sol ex quarto uel ex oppositione, morbus productus erit ex magno interno calore, huic succedit frequens assclatio proiciit & sanguinem & uenenum uel humores preferentes aconitum, pulsus eius est ualidus, tamen quandoq; non inuenitur, patitur & cordis langorem, & uentriculo laborat, medicina illi tandem potens negatur, utatur ergo & alimento & medicamẽto leni quod si infortunium aliquod aspexerit eã morietur ille, & breui tpe, sinuero aspexerit eã aliq̃ fortuna, uiuet ille. Cum fuerit in Virgine cursu uacua, ægro stomacus erit debilis & fluxum

quæ medicis occulta sunt i morbis & Astronomis notissima sunt

Inditium mortis & vitæ

Luna cursu vacua in virgine mala est

q̃ndoq; uentris patietur, & lotium dũ mingit uescicã afficit, uexatq; bilis pra sina hominẽ, & cum difficultate mingit, si fuerit cum ea mars uel mercurius uel sol, morbus eius erit grauis & uix loquitur & flusum uentris patitur, indiget ergo uentrem stipantibus, uerendum autem est illi ne occumbat cum luna uenerit ad oppositionem loci in quo fuerat ab initio morbi, quam si fortuna aspexerit uiuet ille, sin autem, morietur. Quod si inueneris Saturnũ cũ luna uel mercuriũ aut Venerem seu Iouem, hic morbus erit nimium diuturnus, capitis langorem patietur etiã neque liber erit morbo donec non uenerit luna ad locum in quo fuerat ab initio morbi.

Fortuna fauet, ob ẽ vero æ gris in fortuniũ.

Luna in omnibus partibus libræ disponit mortales ædulibus.

De luna in libra Cp. 9



VNA cum fuerit i libra & Saturnus eam aspexrit ex q̃rto aspectu uel ex oppositione morbus p̃ductus erit ex nimio potu uini, ma

iorq; erit morbus is cum luna fuerit in diminutione luminis, is tandem af ficitur oculis, dolet temporibus, queri tur pectore tussis ex pituita concitatur illi mouentur & sternutamenta, affici tur & febre, quadam is demum eget medicina temperata & regimine uitæ utatur temperato, sin autem lunam in spexerit Mars aspectu malo morietur ille, quod si eam non aspexerit, uiuet & liber erit quando luna uenerit ad oppositionē loci in quo fuerat a princi pio langooris. Quum autem luna fue rit in libra eamq; aspexerit Mars quar to aspectu uel Saturnus oppositione morbus erit ex sanguine & febris erit vehemēs & nocturna praua ocurrent somnia, & si uix poterit irigari somno, plerunq; & apostema congeritur illi ex pituita alba, is tādem necessario me dendus est temperato medicamine, cū q; lunam nō inspexerit aliquod infor tunium euadet ille, sin autem fuerit op positum cum uenerit ad oppositionē morietur spatio viginti trium dierum uel triginta trium. Cumq; luna aspe xerit aliquam fortunatum sanabitur il le, cum luna uenerit ad oppositionem

decrescendo quorū cū morbo rū.

obitus occasio & vitæ,

Sanguinis inditium.

Nam hæe in autumno ideo aduertēda maneo

loci

loci in quo erat ab initio morbi. Sed cum Luna in Libra fuerit peregrina æger pedibus vel manibus laborat et febrit, graues oculos & somnolentes habens, balbutit loquendo, eget phar mata & frigido vitæ reg imine atq; humido, seccanda erit vena illi, cũ luna egressa fuerit e loco in quo erat a principio morbi & inuenerit fortunã vel secum erit recipiet sanitatem, cum luna venerit ad oppositionem, sin op positum acciderit morietur. Quũq; luna erit in libra Solq; vel Mars erit in oppositione eius grauis erit morbus in capite, quod si fuerit Mercurius cum Luna idem erit, tamẽ oculi eius opplentur lachrimis, indiget tandem minutione sanguinis & soluenti medicamine, Tamen si Luna inuenerit Iouem ante Venerem quando egreditur de loco in quo erat ab initio languoris sanabilis erit, sin vero esset op positum morietur ille.

luna peregrina quo rũ cã morborum. methodus curandi

Canõ, nõ ptermitten dus Seruandis scriptis honorẽ, spretis, vero cõ sequeris nominis labẽ

Luna disponit mortales ad tristitias & mero es, in scorpione.

De Luna in Scorpione. Cap. x.



VM luna fuerit in Scorpione eamq; Saturnus aspexerit aspectu quarto vel erit in oppositione signi illius in quo qs incidit in morbũ, morbus eius erit ex peccato sanguinis corrupti, vel ex veneno, quod si luna erit in diminutione luminis, & non aspexerit eam fortuna, morietur ille, cum autẽ erit addens lumini & gradibus, & fortuna aspexerit eam viuet ille, tamen dum Luna erit in dicto signo Marsq; eam & Iupiter inspexerint q̃rto aspectu vel oppositione, intensus febrientis erit calor, is eget temperato pharmaco soluenti, sed cum luna inde recesserit, postmodum iungitur Ioui, valetudinem recipiet, ille, luna etiam existens in Scorpione langoris pedũ est causa, morbusq; ab initio leuis est, neq; æstimatur, ideo fouetur, plerũq; & abscesum producit, eiusq; & uesica afficitur, inq; eius naturalibus apparent pustulæ, sed Luna cum venerit ad trinum aspectũ loci in quo fuerat ab exordio, calidis afficitur febribus,

causa lãgoris pedũ

At si Luna venerit ad solem p quartum aspectum & fortunam non inuenerit occumbet ille, si uero inueuerit eam apparebit apostema in aliquo ex dictis locis tamen viuet ille, eget autem is medicamento ut tumor ille aperiatur in balneo tantum, quia alius locus nec calidus neq; frigidus conuenit. Cumq; etiam Luna fuerit in Scorpione eritq; cum ea Mars atq; saturnus, febriens febriet ardẽtissimis febribus, ꝑpter accepta quæ minuũt pituitam, is tandẽ pharmacandus est, sed vena non est seccanda illi, cum luna egreditur de loco illo, & eam aspexerit fortuna ad vndecimam diem morbus protrahetur, sin aũt nõ aspexerit durabit morbus vsq; ad vigesimum diem, — *recessus indicium*; *cũ vena nõ est seccanda & quo in morbo. inditiũ tẽporis morbi,*

Luna in omnibus partibus sagittarii mortalium hebetat memoriam & intellectum.

De Luna in sagittario. Cap. 11



VM Luna fuerit in sagittario & eã aspexerit saturnus quarto aspectu uel oppositione, morbus erit ex flegma

te, & vniuersum corpus occipietur calore, extrema vero frigida erũt, morbusq; durabit, donec Luna saturno iũgetur, quod si inuenerit fortunam, nõ procedet vlterius hactenus Luna non venerit ad oppositionem illius loci in quo fuerat, ab initio morbi, cũ vero, existente Luna in sagittario aspexerit eam Mars quarto aspectu vel opositione, & addiderit suo lumini & gradibus morbum languentis, medicus nequit discernere, absq; Astronomia, quoniam modo de capite, modo de vniuerso corpore, modo quoq; & aliter quæritur, quibus ideo afficitur quia nimium stetit in balneo & calefactus statim concepit frigus pectore & capite, euomit quoq;, multum atq; egerit, eget ergo stipanti medicamine sed leui, utatur dieta leui etiam & sirupo sine aceto, cũq; fuerit absq; dolore & saturnum Luna inuenerit morietur. At si inuenerit fortunam uiuet sed immensam patietur fatigationem Cum luna ẽ ĩ sagittario cũ Ioue aut uenere langor erit propter tussim cũ dolore pectoris, sed quando luna ex hoc signo egressa erit & aspexerit eã Saturnus ad uigesimum quartum ex

ea vt medicus necessario eget Astronomia de mente Hipp.

Hæc vtriq; doctrina nõ est simplex.

tẽdetur morbus & euadet. is indiget mollienti medicamine, caueat a balneo quoniam obest.

iam hic brunales morbos tangit

Luna in Capricorno ad ardua laude digna disponit mortales

De Luna in Capricorno. Cap. 12



Una cum fuerit in Capricorno eãque Saturnus aspexerit ex quarto aspectu uel ex oppositiõe & fuerit in diminutione luminis et graduum, ex nimio labore sudore p funditur & frigore occipitur æger, cõclusi sunt humores, concutiunt & cerebrum sternutamenta fortia, laborat ventriculo & thorace febrit etiã propter nimium exercitium vel sanguinem. Curetur is rebus temperatis vt sirupo temperato, tum si luna aspexerit fortunã euadet magno tandem cum labore, si vero fortuna non aspexerit eam morietur infra triginta dies Cum luna erit in Capricorno eamq; aspexerit Mars quarto aspectu uel oppositiõe morbus erit ex vomitu atq; intenso calore, patietur ventris solutionem eius & uentriculus ardebit

& tume fiet ardenter & febriet, plurimo & sudore perfundetur, eius pulsus non semper erit æqualis, is ergo eget frigenti medicina, si lunam aspexerit fortuna sanabitur ille, sin minus occumbet ad quinquagesimum uel sexagesimum diem. Cum luna erit in Capricorno cũ Marte & Sole morbus erit ex labore facto iuxta ignem et propter nimiam caliditatẽ, ideo febrit propter motum bilis citrine, caueat ergo a balneo tamen perfundat corpus aqua frigida, sed quãdo luna exierit inde &, venerit ad oppositũ aspectum euadet & erit dies q̃rtadecima.

in hoc signo, diuturnarum langorum luna est causa,

In omnibus partibus aquarii disponit ad venationem homines & aucupium luna.

De luna in aquario. Cap. 13



N aquario cum luna erit, addens lumini & gradibus, eamq; aspexerit saturnus aspectu q̃rto uel oppositiõe languẽtis morbus erit ex nimio labore, contrahitur sanguis illi, morbusq;, aliq̃ndo huius crescit, et decrescit, ideo uerendum, ne occũbat, in oppositiõe lunæ, quod si mutatur

in melius uiuet ille, fortasse ad diem q̃rtũdecimum sed morietur die q̃dra gesimo primo, cum uero luna in aquario erit peregrina, morbus erit inuisceribus patitur & febres ardẽtes diu turnas cũ deffectu animi, sed quãdo luna erit cũ sole, is erit ualidior, aspice ergo lunã q̃do egreditur e sole, si iue nerit fortunã priusq̃ uenerit ad locũ i quo erat cũ incidit i morbũ, quia eua det, sinaũt fortunã nõ iuenerit morie tur, cũ uero lũa fuerit i aq̃rio et satur nus secũ erit, morbus ex melãcolia p cedet, & est colera nigra, qđ si lũa erit addẽs lumini & gradibus eãq; fortũa iuenerit p̃usquã erit i opp. loci i quo ab exordio erat recipiet ualetudinẽ at si fortunam nõ iueniet ocũbet ille.

inditiũ & occasus & vitæ neq̃ est e-iam luna pe regrina in aquario

melanco-liæ inditiũ

Luna in piscibus vilius efficit genus huma num.

recessus, vi teq; inditi um.

De luna in piscibus, Cap. 14



Vando luna erit in piscibus addens lumini & gradibus & saturnus eam aspexerit ex q̃drato uel oppositiõe, mor bus erit ex frigiditate, cũ dolore capi tis & uẽtris, huic ergo danda ẽ medicina calida quæ frigus expellat, si luna aspexerit Solẽ uiuet, tñ postq̃ sanitatẽ

recuperauerit uenarū & nodorū pa/tietur affectus,cū uero luna fuerit ibidē addēs lumini & gradibus et eam aſpexerit mars aſpectu quarto uel oppoſitione morbi cauſa erit nimius potus & cibus aucta ē ergo bilis cū ſan/guine huic ſeccanda eſt uena is uero magis q̄ritur in die quam noctu cum aūt fortuna nō aſpexerit lunam in loco in quo cœpit ægrotare morietur, Sin uero aſpexerit eam ſanus erit, cū luna uenerit ad locum in quo erat ab initio morbi, cūq; luna ſtante in piſcibus Venus & Iupiter erūt in eodē ſigno cū īcidit in morbum morbus ꝑductus erit ex ſudore uel ex nimio potu acquæ, is tandē laborat oculis & febrit cum frigore, ab initio demum ſeq̄tur calor is eget medicina ſoluēti & febrē pellēti,cū luna uenerit ad oppoſitum loci in quo fuerat ab initio morbi recipiet ſalutem,cum luna erit in piſcibus cum marte nimius calor internus concitauit febrē indiget ſectione uenæ,cō uero fortuna lunam aſpexerit uiuet ille ſi uero oppoſitum erit occumbet,

morbi cauſa.

Diuerſos caſus mor/talium lu/na uariat ſemꝑ opus ē ergo cœ/leſti ratiōe medici/nam regere

FINIS

